



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 113. Carnutum a Principe Condæo Belsiam delato obsessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI.** gra imperii auctoritas penes Belliduc  
A.C. 1567. remaneret.

§. CXIII.

*Carnutum a Principe Condæo Bel-siam delato obseßum.*

*Mem. de Ca-stell. l. 6. c.*

*91. Thu. l. 42.*

**C**apta hac urbe fœderati Calviniste procedunt Richardi - montem, quod est oppidum ad Carim juxta Cenoncel-las situm: cui dum vim facere cog-tant, a Condæo Princeps, qui in Bel-siam Carnutum obseffurus descendedat, revocati protinus discedunt, ut cum eo se conjungerent.

Proditio hoc consilio mox Joannes Lignerius Eques, ac magni nominis Dux cum quinque peditum signis, & duabus Equitum aliis, quas Carnius, & Rancius ducebant, Carnutum a Rego mittebatur, qui etiam a civibus in ur-bem receptus est quinto circiter die, priusquam hostiles copiæ adventassent. Paulopost Ardelesius pariter cum suis copiis urbem ingrediebatur, die autem vigesima tertia Februarii, necnon alte-ra die Condæus Princeps itinere nun-quam interrupto, consecutisque viginti leucis regios milites inopina vi obru-turus Carnutum venit, illudque ciuxit primo equidem suburbia, necnon do-mos fossis vicinas occupabat; eas enim cives hostium adventu, metuque præ-pediti

pediti haud amplius diruere, aut com- Sæcul. XVI.  
A.C. 1567.  
burere poterant, nihilominus Franci-  
scanorum, & Sancti Joannis cœnobia,  
quæ extra urbem erant, tempestive  
incendebant: hostes tamen quod-  
dam munimentum capiunt, illudque  
milite firmant, quod obfessis permoleste  
accidit: sed damnum hoc mox sive  
astu, sive virtute Foliati strenui Ordi-  
num ductoris compensatum est: is quip-  
pe cum sexaginta circiter delectis, qui  
vexilla Protestantium insignibus similia  
gestabant, per Drocensem portam egres-  
sus ad exteriorem fossæ oram erupit, &  
ad munitionem non animadverso a de-  
fensoribus dolo pervenit, ubi improvi-  
so impetu ignaros adortus locum rece-  
pit, iisque repulsis ibidem substitit.

### §. CXIV.

#### *Lignerii sedulitas in tuenda urbe.*

Nec interim Lignerius otiosus stete- Thuan. l. 42.  
rat, sed civium Primiores convo-  
cans, eos hortatus est, ut Regi suo fi-  
deles inter se concordiam servarent,  
insuper arma capeffere, ac laboribus ma-  
gis arduis vacare eis persuadet, imbecil-  
les vero eo inducit, ut ceteris opem  
suis facultatibus subministrarent. Post-  
modum loca minus munita largis, va-  
lidisque fossis firmari, ac propugnacu-  
lum ante Drocensem portam erigi ju-  
bet,